Contra Interim

44 a
72

Exemplar Epistolæ D. Phill. ad Concionatorem Lubecensem scripta

S. D.

Reuerende Vir utrum editione Augustani libri quesita sit ecclesiarum concordia, an vero oppressio ueritatis, et vastatio ecclesiarum nostrarum, et occasio pellendi, ac interficiendi pios Euangelii ministros, iam res ipsa declarat; Senatus Ratisponensis fuit supplex Imperatori, Ne ecclesia suæ urbis turbaretur, Hæc deprecatio adeo non flexit Imperatorem, ut uno die septem Euangelii ministri pulsi sint, et templa clausa. Brentius cuius diligentia non solum ad erudiendas multas ecclesias, sed etiam ad pacem suæ viciniæ profuit expulsus est, et Salinis (Musculus ex urbe Augusta propter has victorias, Cardinalis Augustæ trophæum erexit, in quo Carolo Imperatori gratias agit de Restituta concordia

Cum igitur constet, quæri oppressionem veritatis et occasionem seuiciæ exercendæ, in homines pios et doctos, nos ipsi nequaquam adsentiamur illi Augustano libro, Monemus etiam eruditos et doctos viros qui præsunt ecclesiis, ne recipiant illas doctrinæ corruptelas